Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Regum. 113

unusquemq; quidã putant ee grecũ. hec est que macedo aplos speciosa dicitur. ab hebreis porta joachan. hec sola remansit. in ceptione eã p caldeos. hec de uasis amonitalē. cum solueret est annuũ tributũ. talenta argenti. c. centenaria auri. lxxx. totidem ordei. Judee huius regis syrie. epherace regis israel. ceperunt infestare regnum iuda. Sub rege achaz. ezechias ē ephare naum. de helcesi. de tribu symeon. cui nouiter prophetauit hec dicens. hec dicit dñs ad nouue. ecce ego adducam super eos aquas fluminis fortes. et grandes regem assyriorum. et omnem gloriam eius. et ascendet super omnes riuos suos. et transibit per iudam. inundans et transgrediens usq; ad colli. et erit extensus explicatio alarum eius. implens latitudinem terre tue. emanuel. Quo audito achaz timuit. et cor eius. et cor populi eius. sicut moueri solent ligna silue a uento. Dixitq; dñs ad ysaiam. egredere tu et filius tuus remanet in occursum achaz. ad summitatem aquaductus piscine superioris. in uia agri fullonis. et dices ad eum. attende et quiesce. noli timere. et cor tuum non formidet a duobus caudibus fumigantium. ignitorum. ira scilicet et furore sirie. et filii remalie. eo quod cogitauerint malum contra te. syria. ephraim. et filius remalie. dicentes. ascendamus contra iudam. et tribulemus eum. et expugnemus eum nobis. et constituamus regem in medio eius filium tabeel. Hec dicit dñs deus. non stabit. neq; fiet istud. Quia caput syrie damascus. et caput damasci rasin. et infra sexaginta quinq; annos. desinet effraim esse populus. Caput autem effraim samaria. caput autem samarie filius remalie. Si non credideritis. non permanebitis. Addidit dñs loqui ad achaz. dicens. Postula tibi signum a dño deo tuo in profundum inferni. siue in excelsum desuper. Dixitq; achaz. non postulabo. et non tentabo dñm. Et ait isaias. audite ergo domus dauid. Numquid parum uobis est molestos esse hominibus. quia molesti estis et deo meo? Propterea dabit dñs ipse uobis signum. ecce uirgo concipiet et pariet filium. et uocabitur nomen eius emanuel. butyrum et mel comedet. ut sciat reprobare malum. et eligere bonum. Quia antequam sciat puer aliquid. reprobare malum. et eligere bonum. derelinquetur terra. a facie duorum regum quorum tu horres. Adducet dñs super te. et super populum tuum. et super domum patris tui dies quales non fuerunt ex die qua recessit effraim a iuda. Et erit in die illa. sibilabit dñs musce. que est in extremis fluminum egipti. et apibus que sunt in terra assyriorum. et uenient. et requiescent omnes in torrentibus heremi. et in cauernis petrarum. et in omnibus spinetis. et in uniuersis pascuis. In die illa radet dñs in nouacula conducta. hiis qui habitant trans flumen. per regem assyriorum. caput. et pilos pedum. et barbam quoque auferet. Et erit in die illa. uir nutriet uitulam de armento. et duas oues. et erit. a copia lactis quod mulserint. butyrum comedet. omnis enim qui derelictus fuerit in terra. butyrum et mel comedet. Et erit in die illa. ubi mille uites erant. mille argenteorum. in singulis. in spinam et in uepres erit. Cum sagittis et arcu ibis illuc. quia spinetum et uepres erit omnis terra. Et ad omnes colles qui sarculo runcabantur. non ascendet illuc timor. propter spinam et uepres. Et erit in pecus armenti. et in conculcationem gregis. Et erit quod reliquum fuerit in terra. habitabit cum domo uiri. Et dixit dñs ad me. sume tibi librum grandem. et scribe in eo stilo hominis. Accelera spolia detrahi. festina preda. Et assumpsi mihi testes fidos uriam sacerdotem. et zachariam filium barachie. Et accessi ad prophetissam. et concepit. et peperit filium. Et dixit dñs ad me. uocabis nomen eius accelera spolia detrahi. festina preda. quia priusquam sciat puer uocare patrem suum. aut matrem suam. auferetur fortitudo damasci. et spolia samarie. coram rege assyriorum. Et addidit dñs loqui ad me adhuc. dicens. Eo quod abiecerit populus iste aquas siloe que uadunt cum silentio. et assumpserit magis fortitudinem rasin. et filii remalie. Propterea ecce dñs adducet super eos aquas fluminis fortes. et grandes.